Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mecum adhuc anno tuo ℣ Iuxta quæ
die mandavit te velocem exaudi
me ℣ Quia defecerunt sicut fumi
dies mei et ossa mea sicut in fuco
no aridum sunt ℣ Percussus sum sic
ut fenum et aruit cor meum quia oblitus
sum manducare panem meum. ℣
Tu exurgens dabis misereberis Sy
on quia venit tempus miserendi ei
Illo t: Sm Lucam
Appropiabat autem dies festi
vitatis qui dicitur pascha. Et quæ
rebant principes sacerdotum
et scribe quomodo illum interficerent
timebant vero plebem. Intra
vit autem satanas in iudam
qui cognominabatur scariothi
vnum de duodecim: et abiit
et locutus est cum principibus
sacerdotum et magistratibus
quemadmodum illum traderet
eis. Et gavisi sunt et pacti
sunt pecuniam illi dare et spo
pondit. Et quærebat opportu
nitatem ut traderet illum sine
turbis. Venit autem dies azimo
rum in qua necesse erat occidi
pascha: et misit petrum et iohan
nem dicens. Euntes parate nobis
pascha: ut manducemus. At
illi dixerunt. Vbi vis paremus?
Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus
vobis in ciuitatem occurrit
vobis homo amphoram aque
portans. Sequimini eum in domum
in qua intrat: et dicetis pa
terfamilias domus. Dicit te ma
gister. Vbi est diuersorium ubi pas
cha cum discipulis meis man
ducem? Et ipse vobis ostendet
cenaculum magnum stratum
et ibi parate. Euntes autem inuene
runt sicut dixerat illis: et paraue
runt pascha. Et cum facta esset hora de
cubuit: et duodecim apostoli cum
eo. Et ait illis. Desiderio desi
deraui hoc pascha manducare
vobiscum: ante quam patiar.
Dico enim vobis: quia ex hoc non
manducabo illud: donec im
pleatur in regno dei. Et accep
to calice: gratias egit et dixit. Ac
cipite: et diuidite inter vos.
Dico enim vobis: quod non bibam
de generatione vitis donec regnum
dei veniat. Et accepto pane.
gratias egit ac fregit et dedit eis
dicens. Hoc est corpus meum
quod pro vobis datur: hoc facite in
meam commemorationem. Simili
ter et calicem postquam cenauit di
cens. Hic est calix novum testa
mentum in sanguine meo: qui
pro vobis fundetur. Verumtamen